Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



equari illi non potes. Cresce ergo et pro
ficere. Quanto maior eris in bono.
tanto melior eris. Si summus esses. opti
mus esses. Nunc quia summus esse non
potes. potes esse in summo. Et magnum
tibi hoc est. et ex hoc tu magnus es. si in sum
mo es. et tanto utique maior. quanto
~~melior~~ altior. Ascendis autem cum diligis. Sur
sum pergis in karitate. quia karitas
sursum ducit. sicut ait apostolus. Adhuc excel
lentiorem uobis uiam demonstro. Ascen
de ergo dum potes. modo tempus est. crescen
di. et proficiendi. Postea dum cum sum
mabuntur omnia. stabis in eo. Ad
quod perueneris. et erit hoc summum tuum
in illo supra quod non transies amplius. sed summum
illius non erit in quo propterea sistas quasi
non inuenias amplius. quo crescas. Idcir
co ascende dum potes quantum potes. nun
quam nimis potes. ubi nunquam potes
totum. Dilige dominum deum tuum ex toto
corde tuo. et ex tota anima tua. et
ex tota mente tua. ut ex illo totum
impleatur. etiam si a tuo totum illius
non capiatur. Totum replet in te.
et superabundat in se. Si uas non de